



JACOBO, ANGLIÆ,
SCOTIÆ, GALLIÆ, ET HYBER-
niæ Regi nobilissimo & augustissimo, gratia
& pax à Deo Patre, & Domino nostro Jesu
Christo, ad omnem fœlicitatem, in hac
vita pietatem & justitiam, & in
futura immortalitatem
& gloriam.

DOLOREM nostrum (Rex
nobilissime) ex occasu serenif-
simæ Reginæ ELIZABE-
THÆ, cùm sua absentia & de-
siderio, tùm sexcentorum ma-
lorum irruptione, quorum metu & expecta-
tione tenebamur, dolorem inquam vix con-
solabilem, tuus in nostro cœlo exortus, non
lenivit modò, sed absterfit penitùs. Nec enim
illa tanquam clarissima Luna, tenebras no-
stras olim Marianis temporibus, plusquàm
Cymmerias illustrans citiùs cõdita est, quàm
tua Celsitudo (tanquam Sol quidam) Regni
tui piis & religiosis civibus affulsit, omnibus
affulsura, nisi adversus lucem cùm veræ do-
ctrinæ, tùm vitæ ab ineunte ætate tua ἀνόμως
actæ, sibi oculos confixerint. Quòd autem
):(2 ἀκονιτὶ